



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis  
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et  
Justitiæ, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de  
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. CV. Firmana fideicommissi de Manardis. De eadem materia  
reciprocae linearis, & præsertim ubi illa concepta est in numero singulari,  
puta, Et siunus, &c. An conveniat omnibus, ac resolvatur in ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74060)

# FIRMANA FIDEICOMMISSI DE MANARDIS

PRO

MANARDIS

CVM

PICUCCIIS

*Causa disputata coram A. C. & resolutus  
pro Manardis.*

De eadem materia reciproca linearis,  
& præterim ubi illa concepta est in  
numero singulari, puta, *Et si unus &c.* An convenient omibus, ac re-  
solvatur in pluritatem.

SUMMARYM.

- F**acti series.  
1 Substitution facta uni an intelligatur discretiva  
in omnibus & de verbo, & si unus.  
2 De reciproca linearis ex conjecturis etiam sine tribus re-  
quisito.  
4 De acquisitionibus factis per gravatum de bonis here-  
ditariis, ad quem pertineant.

DISC. CV.

**M**Andricardus, heredes instituit quatuor filios  
masculos cum perpetuo reciproco fidei-  
commisso inter eos, eorumque filios & descendentes,  
ac strictissimis prohibitionis alienationis, saepius  
reperita ratione conservationis bonorum in agnatione & familia, prohibitis quibuscumque detractive-  
bus etiam legitimam cum cautela nuncupata soci-  
ni. Cumque ex dictis filiis primò deceperit Alphon-  
sus absque prole, unde omnia bona in tribus super-  
stitibus consolidata sunt, decepsit secundo loco  
Nuntius superstibus Cæsar & Franciscus, deinde  
verò etiam absque prole deceperint reliqui duo,  
quorum successionem, tam ex fideicommissio,  
quam ab intestato agnoverunt præfati Cæsar &  
Franciscus, atque post diuturnam pacificam posse-  
sionem annorum circiter viginti, insurrexerunt Vo-  
lunnius & ceteri de Picucciis eorundem Joannis  
Antonii & Raphaelis ex Maria sorore nepotes, præ-  
tendentes eis etiam prædictorum intestatam suc-  
cionem de jure debitam esse.

Ex introducta causa coram A. C. me pro Manar-  
dis scribente, istorum favore lata suit sententia ab-  
solutiorum ex tribus fundamentis actores excludingen-  
tibus; Primo nempe ex fideicommisso in bonis à  
præfato testatore provenientibus; Secundo autem  
& tertio in bonis propriis defunctorum ex Statuto  
Amandolæ exclusive cognatos propter agnatos  
usque ad secundum gradum de jure canonico inclu-  
sos, atque ex renunciatione Mariae Joanne acto-

rum matris; Introductaque causa in Rotam coram Be-  
vilaqua, Rota in exclusionem actorum, suspensis  
aliis duobus motivis fideicommissi & renunciationis,  
se restrinxit ad dictam exclusionem statutariam in  
qua variauit, ex deductis in hac eadem causa subtitulo de successionibus. Major autem ac pene totus  
controversia effectus confitebat in fideicommisso,  
ad quod ferè omnia bona spectabant, absque aliqua  
detractio etiam legitimæ. Atque si quæ apparet  
bona defunctorum libera ab eis qualita, in  
pluribus censibus præsertim consistentia, adhuc ta-  
men fideicommissaria censenda erant, utpote ex  
pecuniis fideicommissariis qualita, ut in facto per  
causa Patronum pro constanti supposebatur.

Quatenus igitur ad hunc fideicommissi punctum  
pertinet, potius coram A. C. quam in Rota, pro  
actoribus scribentes dicebant, quod licet per testa-  
torem literaliter inter filios institutos reciproca sub-  
stitution adesseret expressa in illis verbis, *Quos ore pro-  
prio instituit &c.* & post eorum mortem. Et in unius  
cuiuscunque portione substituit uniuscumque filios libe-  
ros & descendentes masculos legitimos & naturales de  
uno in alium usque in infinitum, & invicem & recipro-  
ce activè & passivè ordine successivo &c. Attamen id  
intelligendum erat discretiva inter cuiuslibet primi  
vocati filios & descendentes juxta decisionem 103.  
Seraph.

Hoc verò ex parte reorum conventorum non ne-  
gabatur regulariter procedere; Dicebam tamen,  
quætionem removeri ex facto, dum testator post  
hujusmodi reciprocam inter cuiuslibet filios & de-  
scendentes discretive ordinatam, ad aliam proces-  
serat substitutionem reciprocam linearē in illis  
verbis, *Et si unus dictorum ejus filiorum, vel unus filii  
liberi & descendentes masculi in infinitum deceperit sine  
filii libera & descendentiis legitimis & naturalibus sub-  
stituit alium & alios diulos ejus filios, & illius ac illorum  
filios liberos ac descendentes legitimos & naturales de  
uno in alium in infinitum, & invicem & reciproce, activè  
& passivè ordine successivo vulgariter, & per fideicom-  
missum.* Ex quibus verbis stante præsertim præce-  
denti dispositio super reciproca discretiva, resul-  
tabat alia reciproca linearis expressa.

Non negabatur hoc ex parte actorum, sed solum  
dicebatur, quod cum hæc dispositio restricta  
esset ad unum tantum morientem, ut liquet ex illis  
verbis, *Et si unus dictorum filiorum, vel unus filii &c.*  
illaque jam effectum fortia fuit in Alphonso pri-  
mo moriente, hinc inferebatur quod in reliquis  
substitutione linearis exprimitur ex deductis per Peregr.  
ita in facti contingentia obtinuisse testantem de fidei-  
commisso art. 28. num. 22. & sequen. di quo Fustar.  
quæst. 437. num. 246. Felic. alleg. 14. num. 190. & se-  
quen. p. 3.

Facilem tamen objecti solutionem dicebam, ex  
satis punctuali auctoritate Rotam in Romana fideicom-  
missi de Quinque coram Pirovano impress. post Fenzon.  
ad Statutum Vrbia decif. 103, ubi examinando in specie  
predictam Peregr. auctoritatem, ac referendo ejus  
casum, dicitur eam in suo casu recte procedere, in  
quo institutis duobus, ac facta substitutione sub hac  
dispositione *Si unus*, defecto primo, & purificata  
in superstite substitutione, in isto tanquam ulterius  
non gravato bona remanent libera; Secus autem  
ubi agitur de dispositio generali cum pluribus  
personarum ordinibus seu generibus, quia tunc illa  
verba, *Si unus* denotant discretivam dispositionem  
in singulis deficientibus, toties quoties causas even-  
erit, cum verisimiliter cogitari non possit causas de-  
ficientia plurium eodem tempore; Et sic numerus

singularis resolvitur in pluralitatem singulariter & discretivè verificandam ideoque omnes sub tali dispositione usque ad ultimum omnium linearum comprehensi censentur, ut admittere videtur idem Peregr. d. art. 28. num. 24. atque declarando eundem observant Eusar. conf. 24. 4. num. 14. & sequen. & optimè Rota apud Fenzon loco citat.

Clarius, quia ubi etiam dicta verba reciprocari lineare inducentia non adessent; Adhuc tamen eadem subintelligenda esset ex conjecturis, ex quibus hodiè præsertim inter descendentes receptum est. Illam etiam sine tribus consuetis requisitis induci ex deductis apud Orthob. decis. 77. & in Bonon. bonorum 27. Ianuarii 1662. coram Albergato, & frequenter ad hanc materiam reciproca linearis.

Conjectura autem videbantur nimis clarae, manifestam redolentes voluntatem, nedium ex reciproca primo loco ordinata, sed etiam ex prohibitione alienationis, & ex altera prohibitione detractionum, etiam legitime cum strictissima cautela Socini, ac demum ex dispositione in casu delicti repetita semper cum verbis nimis amplis & efficienatis, ratione acenixa voluntate perpetua conservacionis bonorum integræ & sine aliqua diminutione in agnatione & familia, unde propterea videbatur voluntas clara incapax disputationis.

Quoverò ad qualitatem bonorum, quamvis plures census per ipsos gravatos acquisiti essent, atque ego admitterem propositionem hodie in foro pro regula receptam, ut acquisitiones factæ nomine proprio per gravatum sua sint, ac sibi acquirantur, quamvis de pecuniis hereditariis, in quarum restitutione tantum debitor remanere dicitur, ad sui commodum vel periculum acquisitione cedente ut infra discut. 177. cum ibi proximis; Inanem tamen dicebam hujus inspectionis effectum, vel ex ejusdem regula recepta limitatione, quoties testatoris præceptum accedit de investiendis pecuniis hereditariis, cum tunc præsumptio sit sub nomine hereditatis acquisitionem factam esse, quamvis pro se ejusque hereditatis canet ex firmatis decis. 38. num. 1. & sequen. par. 9. recent. in Catacen. hereditatis 28. Aprilis 1653. Cerro decisione 38. parte II. recentior, edita in causa de qua d. discut. 177. Vel quia in omnem eventum gravati remanerent debitores pro reintegrazione fideicommissi in pecuniis obventis ex censum hereditariorum extinctionibus, pro qui-bustquam liquidis & certis competebat retentio, quæ indubitate intrat, quoties objectum illiquidatis non obstat ex deductis supra in fuliginaten fideicommissi disc. 73. & in aliis, unde effectus erat idem.

*Casus decisus per Rotam pro Capranica,  
postea concordatus.*

De reciproca contenta in dispositione vocante ab initio plures perdivides plures diversas lineas constitutæ. An intelligatur discretivè inter descendentes cuiuslibet linea, non tem de linea ad lineam, vel per etiam isto secundo modo obdividuitatem, vel quia dispositio consideraverit omnes tanquam uno genere, seu linea.

### S V M M A R I V M

- 1 Act series.
- 2 Resolutio cause.
- 3 Objecta seu rationes dubitandi.
- 4 Possessio præsumitur ex titulo preambulo stat.
- 5 Qualis sit vera probatio descendentiæ sub lignis personarum, & quod illa perscripitione in antiquis sit fallax.
- 6 Fideicommissaria competit immisso ex testamento vel ex Salviano.
- 7 Declaratur ubi fideicommissum est per ultimam testam secus si per actum inter vivi, dum differentie.
- 8 Constitutum expirat in primo & non sufficiens successoribus.
- 9 Concessio Principiū transfert dominium & potest etiam sine tradizione.
- 10 Ex investiture vel concessione Principiū comparsio ad instar 1. fin.
- 11 & 12. De regulis seu conclusionibus in matre proce linearis.
- 13 Declaratur conclusio de reciproca intelligentiæ in pluribus lineis ab initio constituta.
- 14 De fideicommisso facto ad favorem familiæ quod deretur tanquam unum corpus sine effectu necarum.
- 15 Qui declarat non disponit, sed quid aperte aperit.
- 16 De circumstantiis denotantibus fideicommissum, dispositionis individuatatem, ob quam ratio distinctione linearum vel graduum, & nominis do successoriis, sed potius quoddam junctione scandi.
- 17 De differentia inter nam, & alteram processu proce linearis ad diversos effectus.

### D I S C . C V I

## R O M A N A PALATII DE CAPRANICA

P R O

BARTHOLOMÆO, ET ALIIS  
DE CAPRANICA.

C V M

MONASTERIO PURIFICATIONIS.

Cum Cardinalis Dominicus de Capranica ejus testamento mandasset in propria posito in platea, quæ de Capranica nuncuparetur Collegium Scholariorum, Cardinalis vero Angelus germanus frater & heres cuperet idem Palatium ab ipso ampliatum, & ampliandum, ut propter illorum temporum conditio confitimus, ne quere nepotibus, eorumque descendentes, & familia in perpetuum conservaretur; Hinc præ constructo quadam adjacente ædifice